

cat, Suar. receptor. verb. Hares, Caldas in l. si cura- rorem, §. lasti, num. 26. ubi de actione pro adulterio ad dotis privationem, Molina etiam late explicans tom. 4. de iustitia, disp. 43, ex numer. 11. Clarus §. final. questione 51. numer. 9. ubi Additionator Baiardus ex n. 30. Gregorius in l. 28. §. 29. tit. 23. part. 3. §. l. 23. tit. 1. §. l. 2. tit. 13. part. 7. Amaya in l. 10. Cod. de iure fisci, ex n. 64. ubi late de fecmina stuprum passa, que postea moritur, an jus prosequendi injuriam transferat ad heredem Villadiego in politica, c. 3, ex n. 180. Fachinaus l. 9. controversia, §. vide etiam Cancernum 3. parte, c. 11. ex numer. 132. ubi de virgine deslorata decedente, an transmittat ad heredes jus petendi dorem.

86 Ad num. 86. ibi: Item adde quod defuncto accusatore, &c. Accusatore defuncto quod possit quilibet alius prosequi accusationem intra triginta dies, & post eos accusare de novo, & in ejus defectum Judex possit ex officio prosequi, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. final. questione 51. numer. 10. & sequentibus, Molina distinguens tom. 4. de iustitia, disputat. 43. numer. 16. Villadiego in polit. c. 3. numer. 182. Sebastian. Medices in tract. mors omnia solvit, 2. part. conclus. 2. numer. 5. ubi ex Azorne in summa, Cod. si reus vel accusator mortuus fuerit, ait, quod heredes accusatoris, ut tales, prosequi non possunt accusationem cum ad eos jus non transeat.

87 Ad num. 87. ibi: Sed breviter in hoc articulo, &c.

Delinquentem debere remitti ad locum ubi commisit delictum, ut hic resolvitur, docent latissime Vivius in suis communibus, verb. Judex domicilii, ex num. 2. Vincentius de Franchis decisione 37. Bernardus Diaz in practica crimin. canonice, c. 9. Thesaurus decisione Pedemont. 90. numer. 6. Morla in imperio, tit. 2. questione 10. numer. 10. ubi numer. 12 docet cum Covarruvias, & aliis, furem etiam remittendum ad locum commissi furti, & numer. 14. probat, quod Judex requirens, & petens remissionem rei, debet hoc justificare summaria delicti probatione, & eam inferre in literis requisitoriis, ut executioni mandentur Gregorius in l. 15. tit. 1. part. 7. & in l. 1. tit. 29. eadem part. glossa magna, Pareja de instrument. edition. tit. 2. resolut. 9. numer. 19. 79. & 81. & ex num. 60. ubi late, & quod in delicto levi non debet fieri remissio, vide cum omnino qui etiam agit de vagabundo, & aliis, & an de uno Regno in aliud, & quid in foro ecclesiastico? Suarez allegat. 17. n. 3. ubi de criminibus in mari commissis & in tit. de los emplazamientos, versu. Sed attende, n. 49. Bobadilla in polito, l. 2. c. 16. n. 105. ubi de Regiis Conciliis, & Cancellariis, & Dominis vassalorum, an debeant remittere delinquentes ad locum delicti? & numer. 180. & 212. Aviles in ap. 27. prator. verb. Requiere, & versu. Entreguen. & in cap. 50. verb. Regimento, ubi delicto ludi, & usurarum, Azevedus in leg. 1. & per totum, tit. 16. lib. 8. Receptilat. Avendanus responsio 40. Tiraquellus de retract. ligna, §. 36. glossa 1. numer. 28. ubi de delincente in confinio duorum populorum (in quo ex Chalaneo in catalogo, parte 12. consideratione 46. Foreatulo dialogo 1. numer. 35. & aliis refert Salgado in labyrintho 1. parte, cap. 4. n. 26. quod si caput hominis occisi in confinio reperitur in uno territorio, ibi cognoscendum de eo, licet membra alibi reperiantur, de quo tu cogita) idem Salgado

de Regia protectione, parte 2. cap. 10. numer. 63. ubi de emittente sagittam, & occidente hominem in alio territorio, Scaccia de commerciis, §. 2. glossa 3. numer. 151. iterum Salgado de retentione, parte 2. cap. 5. §. 3. ex n. 11. & cap. 27. n. 5. Bolanus in Curia Philippic. §. fuerit, & in 2. parte, §. mar. n. 39. ubi de delictis commissis in mari, Narbona in concordia familiarium, glossa 20. numero 22. ubi de delincente in officio sibi commissio, Menochius casu 531. ubi de vagabundis, Ofualdus ad Donell. l. 17. c. 16. & alii plures in unum congesti conclus. 15. crimin. post opera Roderici Suarez Barbofa in collectanea cap. pestulasti, de foro competenti, ubi de heretico, fure, delincente in mari, vel in confinio duarum provinciarum, vel si in uno loco inchoetur delictum, & alibi consumatur, de vagabundo, & alia, & in Collectanea ad l. Cod. ubi de criminibus agi oportet, numer. 5. & 6. & per tot. & in authentica, qua in provincia, eodem tit. post alterum Barbofam in l. hoc s. absens, §. proinde, ex numer. 66. in articulo de foro delicti, & latissime Farinacius in pract. quest. 7. per totam per ampliationes & limitationes: & vide Fachinam l. 9. controversiar. cap. 20. & sequentibus, & Sanchez in consiliis moralib. l. 6. c. 1. dubio 15. & 16. ubi de exemptis, & Carvalius tom. 11. disput. 2. quest. 7. sessione 2. per tot. & in quest. 1. ex numer. 1. Noguero allegat. 12. numer. 27. & sequ. ubi etiam an de una provincia in aliam?

88 Ad num. 88. ibi: In quarto articulo, &c.

Quod in delictis non connexis à pluribus commissis sententia unius nec prodest, nec nocet alteri; nec poena ab uno soluta liberat alios: & quod in delictis connexis sententia absolutoria in favorem unius prodest alteri, ut hic resolvitur docent Tiraquell. in tract. re inter alios alia, limitatione 22. ubi plures referunt de quo etiam infra, numer. 90. ubi videas: Mexia in pragmat. taxa pans. conclusio 5. numer. 74. Surdus de aliment. tit. 9. questione 14. numer. 3. Gratian. disceptat. cap. 113. ex numer. 6. Farinac. consil. 73. numer. 2. ubi explicat que dicantur connexa, & que non; de quo etiam Tusch. verb. Connexum, idem Tuschus litera S. conclus. 174. & 179. & confirmari potest, quia quando causa est communis, & una eademque omnium defensio, factum unius prodest alteri, prout in appellatione concludunt plures relati à Barbofa in collect. ad c. 72. in m. 1. sub tit. de appellat. Caldas in l. si curatorem, verb. Vel adversarii dolo, numer. 3. & laudat Gomezium hic, Baiardus ad Clarum, quest. 84. in fin. Azevedus in l. 2. tit. 20. l. 8. numer. 9. & Carval. l. 1. disput. 5. numer. 23. ubi quod multi delinquentes tenentur in solidum ad poenam, & quid pro salariis Judicum, & interesse partis?

89 Ad num. 89. ibi: Non tamen credo, &c.

Licet unus ex adultis non possit occidi sine alio, tamen quod unus sine alio possit accusari, hic resolvitur, ut videtur: Sed ex l. 2. tit. 20. l. 8. Receptilat. unus sine alio accusari non potest, ut ibi advertit Azevedus, & reliqui nec non in leg. 80. Tami, qui etiam disputant, quid si unus eorum decederit, vel fugerit.

Ad numerum 90. ibi: Tertia conclusio notanda, &c.

Sententiam laram contra delinquentem necere qui teneretur in consequentiam: ex quo aliqua inferuntur per nostrum Gomezium, docet eum laudans doctissimus Barbofa in collect. ad l. 1. Cod. ubi causa fiscalis, numero 5. ubi omnes nota-

runt, Felinus cap. ad petitionem, numer. 18. de accusationibus, ubi ponit materiam, & ibi omnes Canonista, Farinacius q. 24. n. 283. idem Barbofa in collect. cap. cum super, de sententia, & re judicata, ex numer. 12. ubi quindecim casus congerit, in quibus sententia pro, vel contra unum lata, aliis nocet: Molina de iustitia, tom. 3. disput. 647. Hermosilla in l. 32. tit. 5. part. 5. glossa 3. ex n. 57. & in l. 42. glossa 9. n. 7. ubi an possit exequi contra Tertium possessorem non citatum sententia contra primum emptorem lata, ex pacto de retrovendendo? & negativè resolvit, vide etiam Gutierrez l. 2. Canoniar. cap. 5. numer. 74. & latissime Scacciam de re iudic. glossa 14. q. 11. ex numer. 109. & vide etiam supra, numer. 88.

91 Item adde, quid si post condemnationem constet de innocentia reide quo vide infra, cap. 13. n. 34. & Farinacium eodem 73. in ad. triove lit. A. ubi quod post sententiam potest opponi, quod occultus erat bannitus & peti sententiam cassari, & reum absolvi, & in quest. 1. late, cum vide.

92 De scientia delictum esse committendum, & non revelante, vel impediante, vide infra, cap. 2. & late Flores de Mena q. 8. per totam.

Delinquentem au possit post sententiam innocentiam suam probare, vide infra, c. 13. r. 34.

93 Item de Judge an possit poenam à lege statutam remittere, augere, vel minueret? & an peccet, qui hoc perunt, & an dicta remissio poena vel ejus dignitatio possit fieri post sententiam? explicat Pater Thomas Sanchez in consiliis, l. 6. c. 1. dubio 2. §. 23. & vide infra, c. 13. n. 34. & sup. hoc cap. n. 51. vide etiam Gregorium de Valentia 2. 2. disput. 5. q. 11. numer. 4. & Bobadill. l. 2. c. 16. numer. 99. ubi de Rege, & Dominis inferioribus.

94 Item de pluribus simul delinquentibus, quod omnes teneantur in solidum, vide late explicantem Carlevalium de iudicis l. 1. disput. 5. ex numer. 20. §. numer. 45. & seq. ubi etiam quod beneficium cessionis denegatur solventibus ob proprium delictum, licet quantum ad beneficium divitionis duæ sint opinionēs; eum vide per totam disputationem, ubi etiam agit an salarium possit in solidum exigi à quolibet delincente, & affirmative resolvit, maxime quando locus non est solvendo, cum vide post Covarruviam in regula peccatorum, 2. parte §. 12. numer. 3. & vide supra n. 88. & Gratianum regul. 355. numer. 15.

CAPUT II.

De crimine læsæ majestatis, divinae & humanae.

SUMMARI A.

- 1 Quæ sit poena criminis læsæ majestatis divinae?
2 Alienatio bonorum facta ab eo, qui commisit hoc crimen læsæ majestatis, est ipso jure nulla.
3 In casibus, in quibus dominium transfertur, non transit possessio.
4 In crimine læsæ majestatis divinae, an & quando filii vel descendentes efficiantur inhabiles?
5 Poena quando imponitur ipso jure, an debeat in foro conscientiarum?
6 Quæ sit poena criminis læsæ majestatis humanae?

- 7 Eripient aliquem de carcere contra quem erat probatum delictum, an teneatur poena hujus criminis?
8 Sciens delictum ab aliquo esse committendum contra principem, vel rempublicam, si non revelavit, an teneatur poena læsæ majestatis?
9 Sciens delictum committendum, an teneatur in foro conscientiarum revelare?
10 Subditi alicujus nobilitatis, vel domini temporalis, si contra eum delinquant, an committat hoc crimen?
11 De crimine læsæ majestatis, an possit delinquent occidari post mortem?
12 Filius contra, qui hoc crimen læsæ majestatis committunt, an & quando puniantur?
13 Filiis horum delinquentium exclusis à successione, an admittantur alii successores, vel filii?
14 Poena imposta filiis horum delinquentium, an extendatur ad nepotes?
15 Poena filiorum committentium hoc crimen læsæ majestatis, an extendatur ad filios habitos, & genitos ante delictum commissum?
16 Committent crimen læsæ majestatis, licet non desinat ipso jure esse dominus honorum suorum, perdit tamen eorum administrationem.

Quæstio principalis

Item in materia nostra principaliter quæro, Ique sit poena, virtus & natura cuilibet delicti? & in primis quæro quæ sit poena criminis læsæ majestatis? In quo articulo resolutive dico, quod aliud est crimen læsæ majestatis divinae, scilicet hæresis contra Deum, & Dominum nostrum, aliud est crimen læsæ majestatis humanæ contra principem, vel rempublicam: in crimine læsæ majestatis divinae poena est, quod ipso jure est excommunicatus, text. est in c. ad abolendam, de hæreticis, text. in c. excommunicatus, 1. & 2. eod. tit.

Pœna criminis læsæ majestatis divinae.

Item pro qualitate facinoris, debitam ultionem judex debet imponere, text. in d. c. ad abolendam, in quantum dicit debita recepturus pro qualitate facinoris ultionem, text. etiam in dist. excommunicatus, 1. §. damnati, ibi, animadvertens debita puniendi; & licet prædicta jura specificam poenam non declarent, tamen pro tali delicto imponitur poena mortis, ignis, & conemationis, ut probatur ex verbis Domini nostri in Evangelio Joannis cap. 15. dicentis: Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmet, & ardet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit: probat etiam textus de jure civili in leg. Ariani, versu. 1. c. de hæreticis, ibi, & ultimo supplicio tradendis, & ista poena servatur de generali consuetudine, & sic ista poena imponitur, & confirmatur omni lege divina, humana, & etiam generali consuetudine, & in expresso ita tenet & declarat Holt in capit. ad abolendam, de hæretic. 2. col. & ibi Joan. Andr. 1. col. Anton. de Butt. 3. col. Abbas in. col. Cardinalis in. col. & quest. Anchar. 1. n. 6. & communiter Doct. Paulus Gillandus in tract. de hæreticis, 3. o. Summa Angelica in parte, hæreticis, n. 16. & idem disponent l. 2. tit. 26. part. 7.

Item etiam est poena confiscationis bonorum: & in terris Ecclesiarum, applicantur Ecclesiarum, & sic camerae Papæ: in terris imperii applicantur fisco seculari, & sic Regis vel Imperatoris, text. est in cap. vergentis, de hæret. & ibi Doct. imò ipso jure confiscantur à tempore commissi criminis, & ab illo tempore dominium transit in fiscum, text.

est in cap. cum secundum leges de heret. l. 6. ibi, ipso jure de fratribus nostrorum consilio decernimus confiscata, & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. Ex quo inferitur, quod etiam post mortem delinquentis probato delicto potest ferri sententia declaratoria contra eum, & bona ejus debent publicari, text. est in c. accusatus, §. in eo vero, de heret. l. 6. text. in fame el secundo, 24. q. 2. text. in l. 4. Cod. de heret. text. in l. apostatarum, C. de apostatis, text. in l. 7. tit. 1. 7. partis. & in l. 9. tit. 10. l. 4. fol. 200. Confirmatur, quia licet prædicta jura non essent, tamen cum pena imponatur ipso jure, tanquam contra heredes, ista est Gloss. singularis, & unica in l. 3. §. quod autem ff. quod quisque jurit, & ibi communiter Doctores, de qua dixi suo loco. Secundò inferitur, quod à tempore commissi criminis ipso jure non valet alienatio bonorum modò ex titulo lucrativo, modò oneroso, & si de facta aliqua bona alienentur, poterit fiscus liberè ea vindicare à quocunque possessore etiam pretio non oblato, textus est in l. ex judiciorum, vers. adde, ff. de accus. textus in l. donatorum concubinam, §. fin. ff. de donat. textus in l. fin. Codic. ad l. Jul. majest. & utrobique communiter Doctores, tenet etiam, & declarat magistratraliter Bartolus in l. post contractum, ff. de donat. idem Bartolus in l. si debitor, in fin. de his qua in fraud. cred. & ibi Alberic. Cumanus, & alii Doctores, idem Bartolus in l. fin. §. fin. C. commun. de legat. 2. col. n. 6. Andreas, Anchar. Domin. & communiter Doctores, in c. cum secundum leges, de heret. in 6. Jal. in §. item si quis in fraud. Inst. de action. 17. col. n. 89. Pro qua sententia & conclusione.

Post mortem heretici bona publicantur si probetur delictum.

Alienatio bonorum non valet à tempore commissi criminis.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Confirm. 3.

Limita.

Ratio. 1.

in fraudem creditorum, ubi dicitur, quod si creditor revocat ab emptore alienata in fraudem, teneatur sibi pretium restituere, si extat in bonis ejus, vel si conversum est in ejus utilitatem. Secundò facit text. in l. emptor, ff. de rei vend. ubi habetur, quod si quis vendidit rem alienam, & ex pretio solvit debitum veri domini, vel aliàs conversum est in ejus utilitatem, potest dominus rem vindicare, tamen teneatur solvere illud pretium, & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bartol. Albericus, Baldus, & communiter Doctores, tenet etiam Glossa & communiter Doctores in leg. 3. Codic. de rei venditione, Gloss. in l. 3. Codic. quod metus causa, & ibi communiter Doctores, Glossa in leg. prima, C. de prescript. triginta, vel quadraginta annorum, & ibi communiter Doctores, Glossa, in lege prima, C. si venditio pignore agatur, & ibi communiter Doctores. Tertiò facit textus in l. imperator, §. fin. cum l. sequentibus, ff. de leg. 2. ubi habetur, quod si heres est gravatus restituere quicquid supererit ex hereditate, & talis vendidit aliquas res, ex quarum pretio alias res emit, teneatur restituere legatario, vel substituto illas res de novo empras, quia subrogantur loco aillarum, & ibi notat Bartolus, & communiter Doctores. Quartò facit textus in l. cum de eam, §. fin. ff. soluto matrimonio, ubi probatur, quod ejusdem juris sunt res dotales extantes, vel pretium redactum ex eis. Unum tamen est, quod licet in fideum transeat ipso jure dominium bonorum delinquentis, non tamen transit possessio, quia firma regula & conclusio juris est, quod licet in aliquibus casibus transeat dominium sine traditione, non tamen transit possessio, nisi expressè dicatur, ita probat text. in l. cum haeres, ff. de acquir. possess. & ibi notat Cuman. Alexand. & Moderni, probat etiam text. in c. 1. de consuetud. & in l. 1. gloss. fin. & ibi notat Abbas, Imol. & alii Doctores, tenet etiam Glossa singularis & ordinaria in lege fin. l. Cod. de sac. Eccles. in verbo, in rem, & ibi Bartol. & communiter Doctores, ubi dicit, quod licet ex contractu transeat ipso jure in Ecclesiam, non tamen transit possessio, tenet etiam Glossa in l. si fratres, §. idem respondet, el 2. ff. pro socio, & ibi communiter Doctores. Ex quo deducitur, & inferitur, quod filii vel extranei possidentes alia bona heretici poterunt illa præscribere, etiam contra Romanam Ecclesiam, spatio quadraginta annorum, textus est formalis, & expressus in c. fin. §. 1. de prescript. l. 6. ibi communiter Doctores Anchar. & alii Doctores in c. cum secundum leges, de heret. in 6. Item etiam pro isto delicto est, pena inhabilitationis filiorum, nam filii heretici usque ad secundam generationem per lineam paternam, & usque ad primam lineam maternam efficiuntur inhabiles, ut non possint obtinere aliquam dignitatem, vel officium publicum spirituale, vel temporale. Quod tamen intelligi isto modo, quod si pater est hereticus, filius ejus, & filia, & similiter nepos ex filio, censetur inhabilis: secus verò, si sit nepos ex filia, quia cum sequatur familiam patris, non est inhabilis. Item si mater est heretica: solus filius, vel filia existens in primo gradu efficitur inhabilis, & non posteriores, textus est qui sic debet intelligi in capitulo statutum, el secundo, de heret. in 6. & ibi

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

3

Possessio non transit sine traditione.

Pena filiorum heretici.

ibi Glossa ordinaria, & communiter Doctores, textus in c. §. heretici eadem titol & ibi communiter Doctores, textus in cap. ubi cumque de penis in sexto, textus in cap. felicit, versic. quod si quis, eodem titol. textus in authentica Gaza, Codic. de hereticis, textus in l. quisquis, §. si, Codic. ad l. Jul. majest. & utrobique communiter Doctores, & tenet Summa Angel. in pa. e hereticis, versicul. quarta pars est, facit etiam text. & ejus ratio in §. primo, Instit. de parva restate, textus in §. primo, Instit. quib. modis jus par. pot. sol. text. in l. cum legitima, ff. de stat. homin. & idem disponit pragmatica hujus regni octava, fol. 5. quæ enumerat omnia officia, quæ non potest obtinere, & insuper imponit penam confiscationis bonorum ipso jure si talis filius vel filia inhabilis exerceat aliquod officium eis prohibitur. Quæro tamen circa prædicta, in hoc casu, vel in aliis in quibus pena imponitur ab aliqua lege ex justa causa, an delinquentis teneatur restituere in conscientia: & magistratraliter & resolutivè dico, quod quando non imponitur per leg. ipso jure non teneatur in conscientia restituere: ita est gloss. singularis in capitulo fratricidii, 2. questione secunda, in gloss. fin. in fine, quam ad hoc notat & commendat communiter Doctores, ibi: & illam reputat singularem Abbas in proximo, decret. alium in parte rex pacificus, quarta colum. in medio, & dicit unicam idem Abbas in capitulo primo de cons. septima col. idem Abbas in c. Raynaldus de test. 6. col. in medio, idem Abb. in capitulo si exheres, de injur. idem Abbas in capitulo audimus de simon. idem Abbas in c. causam, de testib. idem Abbas in cap. dilecti, de arbit. tertia col. Antonius de Butt. in c. 1. de dolo & contum. 2. col. Anchar. in regula possess. de reg. jur. in 6. 13. col. reputat etiam singularem Bald. in l. quibus, §. dominus de cond. & demonstrat. Joan. de Imola in l. si putatio ista, §. alteri, de verb. oblig. 4. colum. idem Baldus in l. jubemus, §. sane, de SS. Eccles. idem Baldus in l. id quod pauperibus, 4. colum. de Episc. & clericis, S. Thomas in secunda 2. q. 62. art. 4. Item etiam damnnum, quod quis commisit levi vel levissima culpa, non teneatur in conscientia restituere. Ita Innocen. in cap. sicut dignum, de homicid. de quo vide ibi Doctores, quod limita, nisi jam sit condemnatus per sententiam, vel nisi esset posita pena loco inaltimabilis interelle ita Felinus in dict. cap. 1. de cons. 11. col. Si verò pena sit imposta per l. ipso jure, ut in crimine læsæ majestatis divina, ut in cap. cum secundum l. de heretic. Item in crimine læsæ majestatis humanae, ut in l. fin. Cod. ad leg. Jul. majest. vel hodie in delicto contra naturam, ut prag. 85. & similibus casibus, quos vide per Bart. in leg. post contrarium, de donat. quia tunc teneatur in conscientia, ita Abbas in c. 1. de cons. 8. col. & ibi Fel. 12. col. cum jam sit jus questum tertio, Abbas in capite delicti de arbit. & tenet latè frater Alphonsus de Castro ordinis mendicantium in libr. de postestate pena legalis lib. 1. quest. 10. Contrarium tamen tenet in Summa Angel. in parte pena, articulo tertio, & Summa Sylvestri in parte part. 25. quest. Adrianus quodlibet 6. in litera l. Conradus de contrahibus in altatu de domino, 7. quest. Cajetanus in commentariis Sancti Thome in questione 16. art. 3. Unum tamen est, quod peccaret, si bona alienaret titulo oneroso, quia possessor afficeretur maxime. Gomezii Variæ Resol. Tom. III.

mo damno, rebus postea confiscatis, secundum eos. * Sed certè in hoc articulo videtur ista opinio verior, quia nemo teneatur se prodere. Item etiam quia quando restitutio minoris inducit in tantiam in majori non debet fieri, secundum Theologos. Item etiam, quia non est secreta declaratio, & in expresse istam sententiam & conclus. tenet frater Dominicus Soto in opere suo de Just. & Jus l. i. 6. q. * Item adde, quod etiam istud crimen committit blasphemus, qui jurat in decenter, ut in pragmat. 1. l. p. ag. Sed in hoc difficili & periculoso articulo, ego teneo primam opinionem, imò quod talis reus delinquens teneatur in foro conscientie bona sua restituere fisco, quia lex communis bene potuit ex causa private cum dominio, & fisco applicare. Item etiam, quia aliàs nihil operetur illa applicatio ipso jure. Secundò principaliter quæro, quæ sit pena criminis læsæ majestatis humanae: in quo articulo resolutivè dico, quod istud crimen committitur, quando quis offenderit Imperatorem, vel Regem non recognoscentem superiorem, vel Rempublicam Romanam, vel aliam non recognoscentem superiorem; textus est in l. 1. & per totum, ff. ad legem Jul. majest. textus in l. 1. & per totum, Cod. eodem titol. textus in extravaganti, qui sunt rebelles, text. in §. publica autem judicicia, Instit. de publ. jud. & idem disponit text. in extravaganti, quomodo læsa majestatis, & idem disponit l. 1. tit. 2. 7. part. Item etiam committitur, quando quis offenderit eos, qui sunt de consilio, & consistorio Imperatoris, vel Regis: quia censetur pars eorum, textus est in l. quisquis, Codic. de legem Jul. majest. textus in cap. felicit de penis in 6. ubi disponitur quod ille qui occidit, vel offendit Cardinalem, qui est de consilio, & consistorio Summi Pontificis, incurrit istud crimen, & penam ejus, idem disponit dict. l. part. quæ ostendit & declarat. Item etiam committitur istud crimen, quando quis violenter eximit reum incarcerationum, quam erat sibi probatum delictum per confessionem, vel aliam legitimam probationem, & à fortiore idem esset si eriperet ab officiali, vel familia, quando duceretur ad supplicium, textus est in leg. 4. versic. item qui confessum, ff. ad leg. Jul. majest. & ibi notat & commendat Bartolus & communiter Doctores, Angelus in lege quis, ff. de custodia, reor. Salycet. in l. unica, Codic. de rapu virginum, 6. col. n. 3. Faber. in §. panalis, versicul. item adversus, Instit. de act. final. col. & ibi Jal. 17. col. 4. n. 104. Quod primò notabiliter intellige, & declara, quando talis reus erat incarcerationatus pro delicto læsæ majestatis, non verò aliàs: ita vult Glossa notabilis & ordinaria in dict. versicul. item qui confessum, cum qua transeunt ibi communiter Doctores; sed certè contrarium mihi videtur de jure verius, imò, quod procedat, & habeat locum etiam si erat incarcerationatus pro alio quolibet delicto, quia jura communia superius allegata generaliter, & indistinctè loquuntur: sed opinio prædictæ Gloss. & communis est tenenda, quia hodie approbatur ad distictam legem part. 1. tit. 2. 7. par. ita prope ff. em. Secundò limita & intellige, ut tantum procedat quando erat incarcerationatus per judices Imperatoris.

Pena criminis læsæ majestatis humanae.

Offendens aliquem de consilio regio.

Vi eximit incarcerationatum.

Limita 2.

Limita 3.

toris, vel Regis: secus vero, si per alios iudices alicujus domini, vel magnatis, puta ducis, marchionis, vel comitis recognoscentis superiorem, quia tunc eximens non tenetur isto crimine laesae majestatis, quia non dicitur offensa imperatori vel Regi facta, sed inferiori; ita expressè determinat Faber in §. p. noles, l. i. de ultio. fin. col. quod dictum reputat unicum, & singulare Jafon. ibi, 107. & confirmatur ex his quae infra dico in questione illa an istud crimen, & ejus poena habeat locum quando ostendit dominum temporalem recognoscentem superiorem.

Limita 3. Tertio limita, & intellige, quando talis reus incarceratus commiserat delictum, per quod incurreret poenam mortis; secus tamen est si commisit delictum, per quod non deberet sibi imponi poena mortis, quia tunc modo quis eximat eum ante probationem modo post tantum debet eximens puniri simili poena, quae reus incarceratus veniebat puniendus & hoc expressè disponit l. pen. tit. 29. 7. p.

Item etiam committitur istud crimen quando quis scit delictum esse committendum ab alio contra regem, vel rempublicam, & non prohibuit, vel non revelavit, cum possit: pro cuius declaratione dico, quod regulariter, licet quis sciat delictum committendum in alium; vel sit praesens, non tenetur aliqua poena in foro judiciali, licet non prohibuit nec revelavit, Gloss. est singularis, & unica in l. culpa caret, ff. de reg. jur. quam ibi tenet & sequitur Bartol. & communiter Doctores, praecipue Decius 1. col. tenet etiam Bartol. Roman. & alii Doctores. in l. 1. §. sed in ead. ff. ad Syllan. argumento illius text. & argumento totius tituli, ubi speciale est in sermo, qui teneat, si scivit delictum esse committendum in dominum & non prohibuit, vel revelavit, idem Bart. per text. ibi in l. metum, la. 3. §. sed licet ff. quod metus causa, ubi habetur, quod licet potest quis recipere pretium, vel pecuniam pro liberando alio ab injuria, vel offensa à tertio committenda: ergo bene infertur in proposito nostro, quod licet quis sciat delictum committendum, vel sit praesens, non tenetur aliqua poena non prohibendo, vel revelando, quia si tenetur turpiter accipere, ut in leg. 2. §. ff. de cond. ob cau. cum sim. & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alber. Bald. Augel. & communiter Doct. Dynus in regula, non est culpa, de regul. jur. in 6. 2. col. Bart. qui notabiliter loquitur in l. ut vim, ff. de iust. & j. r. pen. col. n. 8. & ibi Bald. 3. col. & alii Doctores, praecipue Jaf. 9. col. n. 3. Bald. in l. 1. Cod. unde vi 6. col. n. 26. Salyc. in l. quisquis §. id quod, Cod. ad leg. Jul. majest. Paul. de Castro in l. fin. Cod. de his quib. ut indig. in fin. Flor. in lege Aquilia, §. 1. ad l. Anul. tenet etiam Gloss. de iure canonico in c. quanta de sententia excommunicationis & ibi Hostiel. Joan. And. Anton. de But. Felic. & communiter Doctores: Abbas qui notabiliter loquitur in c. de restitutione spol. 2. col. n. 9. Felin. in c. de off. de leg. 2. col. n. 4.

Quod tamen primo limita, & intellige, quando reus delinquens est punitus extraneus: secus tamen est, si sit in potestate ejus, qui scit, & videt delictum esse committendum, & non prohibuit, si filius, vel servus committat delictum vidente, & sciente patre, vel domino, & non prohibente cum possit, quia tenentur ac si ipsi fecissent: textus est formalis & expressus in l. 2. ff. de noxal. Cujus verba sunt: Si servus sciente domino occiderit, in solidum dominum obligat: ipse enim dominus videtur occidisse: textus in l. 3. & 4. eodem

Non reus, laesae criminis committendum in re.

tit. text. in l. scientiam, ff. ad l. Aquil. textus in l. quid ergo, versicul. ceteri, ff. de his qui not. infam. text. in l. 3. §. hac autem facultate, ff. si famul. sur. fec. dicat. & utrobique communiter Doctores; imò, quod magis est, idem est, si familiaris committat delictum vidente vel sciente domino, & non prohibente, cum possit, quia tenetur ipse dominus: ita Faber in §. 1. Inst. de noxal. 2. col. Bald. in c. vertus de dolo & contumac. eiv. 2. col. & idem esset, quando quis committeret delictum contra alium ad meam vindictam me vidente, vel sciente, & non prohibente, quia tenetur; ita etiam Faber, ubi supra, dicens esse iustissimum, quia plures malevoli gaudent, quando vindicantur per alios. Sed certe ego intelligerem has duas supra proximas conclusiones, quando talis familiaris vel extraneus committeret delictum contra alium ad ultionem, & vindictam domini, vel alterius offensi: quia tunc videtur, quod sit in culpa non prohibendo, secus vero aliàs: & ista est intentio Doctorum, ubi supra. Secundo principaliter limita, & intellige praeterquam in delicto parricidii, ut si quis sciat delictum committendum contra patrem, vel ascendentes, quia tenetur, si non prohibuit, ac si ipse fecisset, ut infra dicam in delicto homicidii.

Tertio limita in isto crimine laesae majestatis, quia si quis sciat, & intelligat delictum esse committendum contra principem, vel rempublicam, & non prohibuit, vel revelavit, dum potuit, tenetur poena hujus criminis ac si ipse fecisset, ita expressè tenet Bartol. in l. 1. verum, in fin. ff. ad leg. Pompe. de parric. argumento illius text. idem Bartol. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. & ibi Angel. & Romanus; tenet etiam, & sequitur Angelus in l. 2. ff. ad leg. Pompe. de parric. Salycet. in leg. 1. Cod. ad leg. Cornel. de sicor. 2. col. Abbas in cap. 1. de restit. spoliatorum, fin. colum. Dynus in regula, non est sine culpa, de reg. jur. in 9. penultim. colum. Angelus de Aretin. in §. publica autem, Institut. de public. iud. 1. col. Augustin. in addit. ad Angel. de malefic. in parte, che bai radiato la tua patria, colum. 4. ubi dicit, quod ista quaestio contingit in persona cuiusdam potentis, quia non revelavit istud delictum committendum contra principem suum, & causa fuit sibi commissa, & tandem fecit eum decapitari: facit etiam textus in l. minime, ff. de relig. & sumpt. funer. ubi habetur, quod debet quis defendere patriam, plus quam parentes, vel filios. Contrarium tamen tenet Anania in rub. de his, qui filios occiderunt, fin. col. Felin. in c. quanta de sententia excommunicationis, 2. col. Idem Felin. in c. 1. de offic. delegati, 2. col. Hypopolitus de Mar. in l. armum, ff. ad legem Pompe. de parric. 1. col. allegantes Baldum in consiliis suis, ubi dicit, quod iudices sequentes opinionem Bartoli sunt homicidae, quia non fundatur iure. Sed licet sententia, & conclusio Bartoli sit fortissima, tamen in puncto juris videtur vera, & tenenda, & illam sequor. Primo per textum in dist. leg. armum, ff. ad legem Pompe. de parric. juncto textu in l. minime, ff. de relig. & sumpt. funer.

Secundo per text. in l. unica, §. panas, versicul. ceteros, C. de rapto virgin. ubi habetur, quod in illo crimine punitur confecti: non prohibentes, scit facientes, vel opem praestantes: ergo à fortiori in nostro delicto.

Tertio per text. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. ubi disponitur, quod si servus videat vel sciat deli-

delictum committendum contra dominum, & non prohibuit, vel revelavit, cum potuit, debet puniri.

Quarto per textum formalem, & expressum in l. quisquis, §. d. q. o. C. ad leg. Jul. majest. ubi dicitur, quod omnia quae sunt disposita in crimine laesae majestatis, habeant locum in satellitibus, confectis atque ministris.

Advertendum tamen, quod praedicta sententia & conclusio, quae habet, quod scit tenetur quis revelare istud crimen, quando scit illud committendum, videtur intelligenda, quando posset illud probare, secus vero aliàs, argumento text. in l. noster, in fin. Cod. de calumniatoribus, & in leg. qui accusare, Codic. de edendo. Item etiam argumento text. in c. veneniam, ceteri, §. notorii, ibi, quod si taliter ea fecerit, ut ea probare valeat, ex quo notat & colligit ibi Cardinalis, & quod ille, qui non potest probare delictum, non tenetur illud nunciare, & in terminis tenet Platea in §. publica, Institut. de public. iudic. final. colum. Hippol. in d. l. utrum ff. ad leg. Pompe. de parric.

Quarto limita, si dominus alicujus familiae occidat, vel offendantur, quia familia ejus tenetur; si vidit, vel scivit, & non prohibuit, cum potuit, text. est in l. cum dominus, ff. ad Syllan. Cujus verba sunt: Cum dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet, & armis & manu & clamoribus, & obiectu corporis: quod si cum posset non vulerit, merito de ea supplicium sumitur: & ibi notat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit l. fin. tit. 8. 7. part.

Quinto limita, & intellige, ut praedicta procedant in foro judiciali, vel contentioso: secus tamen in foro conscientiae, quia videns, vel sciens delictum esse committendum contra alium, si non prohibuit, cum possit, tenetur, & peccat mortaliter; ita probat textus in cap. sicut dignum, §. illis etiam, de homicid. Cujus verba sunt: Qui potius hominem liberare a poena mortis, & non viderit, eum occidit, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, & communiter Doctores: textus in cap. quanta de sententia excommunicat. ubi habetur, quod tenetur in conscientia, & censetur excommunicatus ille, qui videt, vel scit delictum committendum in clericum, & non prohibet, & ita tenet Glossa ordinaria, & communiter Doctores textus in cap non inferenda, & in c. qui notest, §. c. fin. 3. quae. 5. textus in cap. delicto filio, versic. & quidem de s. men. excommuni. lib. 6 tenet etiam, & declarat Abbas in c. 1. de restit. spo. fin. col. n. 9. Dec. in regula, culpa caret, ff. de reg. jur. pen. & fin. col. m.

Dubium. Dubium tamen necessarium est pro declaratione materiae, si subditus, vel vassallus alicujus domini, vel magnatis, ducis, comitis, marchionis, vel alterius similis domini, offendat eum, & an incidat in istud crimen laesae majestatis? & videtur quod sic. Primo per textum in c. in primis, versic. si veris, secunda q. 1. ubi probatur quod Episcopus accusabatur crimine laesae majestatis ex eo, quod offendit Archiepiscopum, cui ipse erat subditus. Secundo per textum in c. felicit, de penit. l. 6. ubi habetur, quod offendens aliquem Cardinalem incurrit istud crimen laesae majestatis & ibi notat Archid. 2. colum. Tertio per text. in l. 3. Cod. de Episcop. audien. ibi, reus etiam majestatis de domino adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet; ubi aperte videtur probare, quod ille, qui est subditus alicui domino, vel magnati, si eum offendat, dicitur committere

Offendens cardinalis incurrit crimen laesae majestatis.

crimen laesae majestatis, & debet ejus poena puniri, licet non fuerit commissum contra regem, vel rempublicam: quem ad hoc summè notat & commendat ibi Paulus de Castro, dicens esse meliorem de jure, colum. 6. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quod istud crimen solum committatur contra Regem, vel rempublicam non recognoscentem superiorem, non vero contra alios dominos, vel magnates; ita singulariter tenet Joan. Faber in proom. Institut. §. 1. 2. col. & quast. Angel. in §. inter domos, Institut. de hered. qua ab intestat. de ser. 1. colum. Martin. de Laude in tract. de crimine laesae majest. 1. col. & q. & idem expressè disponit l. 1. tit. 1. 7. part. & l. 1. tit. 7. l. 8. ord. & l. fin. tit. 15. l. 8. ord. Neque obstant jura superiora in contrarium adducta, quia debent intelligi, quando talis dominus non recognoscit superiorem, ut sunt plures duces comites & alii domini Italiae. Unum tamen est, quod non subditus, non committit crimen laesae majestatis, licet offendat Regem, vel rempublicam, vel dominum non recognoscentem superiorem, quando non erat ei subditus. Ita singulariter tenet Baldus in l. nihil, Cod. de vi d. a i. er. argumento text. cum materia in l. hostes, ff. de captiv. Imol. in elem. pastoralis, de re jurat. 2. col. n. 21. Faber in §. alia deinde lex, Institut. de publ. iudic. ubi limitat hoc esse verum, praeterquam si juvaret alium, qui esset subditus regi, & rempublicae, vel domino, argumento illius textus. Adde tamen, quod si quis interficiat, vel offendant dominum cum quo habitat, committit istud crimen laesae majestatis, & debet puniri ejus poena, excepto quod filii non incurunt infamiam, ita disponit l. 1. tit. 7. l. 8. ord.

Poenam autem huic delicto est mors naturalis, & omnium bonorum publicatio, text. est capitalis, & expressus in l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. tit. puni. majest. ibi, Gladio feriat, bonis ejus omnibus raris. fisco nostro addicis, & ibi communiter Doctores, text. in c. si quis cum militibus 9. q. 1. & idem disponit l. 2. tit. 2. 7. part. & in l. in fin. tit. 7. l. 8. ord. & in tantum imponitur poena confiscationis bonorum; ut ex die commissi criminis prohibeatur alienatio ex titulo oneroso, vel lucrativo, licet dominium eorum non transeat in fisco ante condemnationem, & apprehensionem, text. est in l. ex iudiciorum, vers. adeo, ff. de accus. text. in l. quibus, qui & a quib. text. in l. donationis in concubinam, §. fin. ff. de donat. text. in l. fin. C. ad leg. Jul. majest. & utrobique communiter Doctores. Hodie tamen in nostro regno videtur, quod etiam talis delinquens amittat ipso jure dominium à tempore commissi criminis, sicut disponitur in crimine haerese; ita expressè determinat l. 4. tit. 2. 7. part. Item etiam adde, quod in isto delicto debet destrui & demoliri domus habitationis delinquentis, ut perpetuo non erigatur in perpetuam memoriam, & infamiam ejus, ita probat text. in c. felicit, de penit. in si vers. siam habitationes ejus deserte, ubi habetur, quod ille, qui occidit, vel offendit Cardinalem, committit crimen laesae majestatis, & ultra poenas ibi contentas debet dirui domus ejus. Cujus verba sunt: Fiant habitationes ejus convicti destructae non sit qui eas inhabitet, dentur cunctae ejus aedificia in ruinam, & ut perpetue notam infamiae, perpetuam ruinam teneant, nullo tempore reparentur. textus in c. 1. §. receptariis, de pac. tenenda & jura firmam, in usibus feudor. ubi receptator ejus qui pacem violavit, puniatur poena

Crimen laesae majestatis puni-

Domus delicti laesae majestatis convicti debet demoliri.

nis de quibus ibi, & insuper debet sibi destrui domus, & per ista jura ita formaliter tenet Alberic, in l. si is cum quo, ff. con. divid. & in expreso idem disponit lex 6. tit. 27. 2. par.

Item adde, quod istud crimen, & ejus poena durat post mortem, ut possit reus pronunciari; & ejus memoria damnari, & bona confiscari, textus est in l. ex judiciorum, vers. 1. ff. de accus. text. in l. Panonius, §. rei perduellionis, ff. de acquir. hered. text. in l. donationes in concubinam, §. fin. ff. de donat. text. in l. cum filius, §. fin. ff. de leg. 2. text. in l. pen. & fin. C. ad leg. Jul. majest. text. in §. interdum vers. per contrarium, Instit. de hered. qua ab intestat. deser. text. in §. 2. Instit. de pub. judic. & utrobique communiter Doctores; & idem disponit lex 3. tit. 2. 7. part. & practica, & forma procedendi in hoc casu contra talem delinquentem post mortem, & similiter in omnibus aliis in quibus proceditur contra delinquentem post mortem, erit ista, quod ipse reus delinquens non est celandus, nec condemnandus, nec contra eum formandus processus, sed contra memoriam ejus, argumento textus in l. de qua re, §. fin. ff. de jud. in quo ejus heredes debent citari ratione interesse bonorum, & pro conservando honore defuncti, ut si velit, compareat ad defendendum; & probato delicto sententia debet ferri, in qua reus defunctus pronuncietur illud delictum commississe, & per hoc memoriam ejus damnari, & infamari, & bona ejus publicari, ita probat textus in l. fin. C. ad leg. Jul. majest. ibi, ut convicto mortuo memoria ejus damnetur, & ejus bona successores ejus eripiantur; & ad hoc expresse notat & commendat solus Angel. de Perus. & istam practicum, & formam ponit expresse Gloss. singularis & unica in §. interdum, vers. per contrarium, Instit. de hered. qua ab intestat. deser. quam ad hoc reputat ibi singularem Nic. de Neap. & Angel. de Aret. reputat etiam singularem Joan. de Imol. in l. Panonius, §. rei perduellionis, ff. de acquir. hered. idem Imol. in l. cum filius, §. fin. de leg. 2. potest Bald. ibi Angel. de malefic. in parte qui iudex videns, 13. v. l. & praedicta procedunt, Hippol. de Matul. in cons. suis cons. 1. 2. col. n. 36.

Item etiam in isto crimine imponitur poena inhabilitationis filiorum, quia filii privantur successione ascendenti ex utraque linea, & similiter omnium proximorum collateralium, & successione extraneorum in testamento relicta, & insuper propter hoc delictum patris tales filii ipso jure efficiuntur infames, & inhabiles ut non possint obtinere aliquos honores, vel dignitates nec aliquod officium publicum, nec testimonium ferre tanquam testis, filiae vero tantum ex bonis matris possunt percipere legitimam, sive ex testamento sive ab intestato, text. est in d. l. quisquis, §. filii vero in glo. §. ad filias, Ced. ad leg. Jul. majest. idem disponit lex 2. tit. 2. 7. part. Ex quo inferas quod propter delictum patris potest filius puniri temporaliter, imò etiam hoc procedit secundum jus divinum, text. est in c. vergeris, de hered. ibi, cum multis casibus, etiam secundum divinum iudicium filii pro patribus temporaliter puniantur, textus in c. 1. & per eum 1. g. 4. Poena autem aeternam numquam punitur filius pro patre, nec unus pro alio, & ita debet intelligi illa auctoritas sacrae scripturae, dicens, quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii; & istud Levitici, Anima qua peccaverit, ipsa morietur, & ita tenet, &

declarat Innoc. in capit. gravem, de servent. excomm. in fin. Abbas in d. c. vergeris, de heret. Ex quo subledecur, & inferur, quod gravius punitur crimen laesae majestatis humanae, quam divina, quia licet filii, vel nepotes proditoris, qui commisit crimen laesae majestatis humanae, nec possint succedere ex testamento, nec ab intestato, ascendentibus suis, nec collateralibus, nec etiam possint succedere, nec aliquid capere ex testamento extraneorum, ut supra dictum est: tamen filii vel nepotes haereticus qui commisit crimen laesae majestatis divinae, licet non possint succedere patri, vel ascendenti, qui illud crimen commisit, cum bona confiscentur; tamen bene possunt succedere omnibus aliis descendentibus collateralibus, & extraneis, tam ex testamento, quam ab intestato, quia in hoc delicto non reperitur prohibitum, quod certe est bene notandum, in terminis ita tenet Jacob. Butr. in l. 1. C. de hered. inst. Bald. in l. Gultus, §. quidam recte, ff. de liber. & postum. 3. col. Jas. in l. hereditas, Cod. de his quib. ni inag. 3. col. n. 8. Segura in rep. l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. 7. fol. 4. col. ubi reputat singulare & quotidianum Alex. in cons. 74. 3. volum. cons. pro quibus est textus formalis, & expressus in l. cognovimus, & in auct. idem est de N. Florianis, C. de heret. & forte potest esse ratio, quia in crimine laesae majestatis humanae Rex vel Princeps timet audaciam filiorum, & descendentium ipsius delinquentis, ne forte generati à tam facinoroso, & pessimo delinquente sortiantur & imitentur ejus conditionem & qualitatem; sed in crimine laesae majestatis divinae, summus Deus, & Dominus noster non timet haereticum, nec ejus descendentes, idè poena non extenditur ad eos, & in expreso istam rationem posuit solus Jacob. Butr. in d. l. C. de her. inst.

Quæro tamen pro declaratione praedictorum, 14 si tales filii, vel nepotes proditoris, qui commisit crimen laesae majestatis humanae instituantur, vel ab intestato vocentur, repurentur indigni taliter, quod hereditas eis applicetur, vel reputentur simpliciter incapaces, ut applicetur aliis successoribus ex testamento, vel venientibus ab intestato; & videtur, quod reputentur indigni, & hereditas applicetur filio, quia tales filii, vel nepotes puniuntur à lege in hoc crimine, tanquam infesti, & nati ex sanguine reprobato; ex regula juris, quod quando hereditas inferur alicui tanquam indigno, applicetur filio, ut in l. Lucius, ff. de iur. off. & in l. Panonius, §. meminisse, ff. de inoff. testam. ergo in nostro casu applicetur filio, & ita tenet Cyn. in d. l. quisquis, C. ad leg. Jul. majest. 3. col. §. g. & ibi Alb. 1. col. §. quæst. Sed his non obstantibus contrarium videtur de jure verius, imò quod hereditas non applicetur, sed aliis successoribus ab intestato, quia isti filii, vel nepotes non reputantur indigni propter se, sed tantum inhabiles, & incapaces propter delictum parentum, ergo non applicentur filio, sed aliis successoribus argumento text. in l. anserius, ff. de iur. off. & ibi Bart. & communiter Doctores. Item etiam quia dato, quod essent indigni, tamen quando hereditas relinquitur indigno vel incapaci, palam, & non occulte, non applicatur filio, sed aliis successoribus; text. est in l. non intelligitur, §. si quis palam ff. de iur. off. & ibi communiter Doctores, & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Jac. in d. l. quisquis, C. ad l. Jul. majest. fin. col. & ibi Fab. 1. volum. Bald. final. col.

Quæro tamen pro complemento materiae, an ista poena inhabilitationis filiorum, & nepotum in crimine laesae majestatis divinae, & humanae habeat locum, modò sint nati ante delictum à patre, vel avo commissum, modò sint nati post

Angel. 2. col. quos ego sequor, licet Salycet. distinguendo teneat contrarium in d. l. quisquis, §. filii, vers. 3. col. §. quæst. Confirmatur, quia licet filius spurius non possit capere ex testamento paterno, tamen si palam instituantur, hereditas applicatur aliis heredibus institutis, vel successoribus ab intestato, ita Bart. in fin. ff. de his qui ut indig. 2. col. de quo latius dixi alias in materia propria spuriorum.

Sed dubium est notabile, utrum ista poena inhabilitationis filiorum extendatur ad nepotes, & ulteriores, vel restringatur tantum ad filios primi gradus; & videtur, quod extendatur ad nepotes, quia appellatione filiorum ex interpretatione extensiva, continentur nepotes, textus est in leg. filii appellatione, ff. de verb. significat. textus in leg. libellorum, vers. sed & Papirius, eadem titulo. Cujus verba sunt: Praedio cum villico, & contubernali ejus, & filii legato; nepotes quoque ex filio contineri, nisi voluntas testatoris aliter se habeat; textus in l. uxorem, §. concubina, ff. de leg. 3. textus in l. Lucius, la 2. ff. de hered. inst. ubi gravatus si decesserit sine filio, non tenetur restituere si habeat nepotes ex filio, textus in auct. ut ex actione instante dori, §. si verò nihil, collatione 7. ubi privilegium dotis exigendae ab ipsa uxore extenditur ad filios, & nepotes, textus in l. senatus, ff. riu nupiar. & utrobique communiter Doctores. Sed in hoc articulo vera & communis resolutio est, quod attentà dispositione juris antiqui, poena hujus criminis imposita filio non debet transire ad nepotes, quia appellatione filiorum ex propria, & vera significatione, non comprehenduntur nepotes, maxime in materia odiosa & poenali, textus est in l. quod si nepotes, ff. de tuel. & ibi Doct. sed text. in l. quisquis, §. filii vero, C. ad leg. Jul. majest. tantum loquitur in filio, ergo non extendatur ad nepotes, & in expreso ita tenet Bart. in l. liberorum, ff. de verb. sign. 1. col. n. 6. Angel. in dist. l. quisquis, Cod. ad l. Jul. majest. 1. col. n. 5. & ibi alii Doctores idem Bart. per text. ibi in l. patri, ff. ad l. Jul. ad adult. Joan. Andr. in c. in quibusdam, de penis, 2. col. & ibi etiam alii Doct. sed postea ex quadam constitutione Imperatoris Frederici, quam refert Cynus, & Alber. in d. l. quisquis, C. ad l. Jul. majest. poena extenditur ad nepotes, & etiam ad omnes descendentes, quia in ea utebatur verbo, liberorum; & idem videtur hodie probare text. in l. fin. C. de bonis prof. ubi dicit, quod in crimine poena transit ad posteros; sed certe ille textus tantum loquitur, & intelligitur in poena privationis bonorum, sed attentà hodie dispositione textus in c. statutum, de hered. l. qua cavetur, ut in crimine laesae majestatis poena privationis descendenti extendatur ad nepotes tantum quando masculus commisit crimen; & ad solos filios, quando femina illud crimen commisit dicendum est, quod idem fit in hoc crimine majestatis humanae pro argumenta à fortiori, & in expreso ita tenet & declarat Cyn. in d. l. quisquis, C. ad l. Jul. majest. 2. col. §. 9. Orm. Alber. 2. col. Angel. 1. col. §. Bald. 2. col. n. 3. Salycet. 1. col. §. quæst. Faber 1. col. in medio, Angel. de malefic. parte Chem. bat traditio la patria 6. col. vers. cum, quæst. Cynus, &c.

Item quæro pro complemento materiae, an ista poena inhabilitationis filiorum, & nepotum in crimine laesae majestatis divinae, & humanae habeat locum, modò sint nati ante delictum à patre, vel avo commissum, modò sint nati post

delictum commissum; & videtur, quod tantum procedat, & habeat locum in filio, nepotibus natis post delictum commissum, non vero in antea natis. Primò per text. junctâ Gloss. ordinaria in leg. Divo Marco, Cod. de qual. ubi habetur, quod si pater, vel ascendens commisit delictum, per quod aspergitur aliqua macula, filii, & nepotes ejus privantur honoribus, dignitatibus, & privilegiis ab eo descendentibus, & dicit ibi Gloss. singularis & ordinaria, quod debet intelligi, quando tales filii, vel nepotes sunt nati post commissum delictum parentis. Secundò per textum in leg. emancipatum, ff. de Senatoribus, ubi disponitur, quod ita demum filius senatoris gaudet privilegio, & dignitate patris, quando natus est antequam pater ejus sit remotus à senatu; secus verò si nascatur postea, quia tunc non gaudet aliquo privilegio, item probat textus in l. 2. §. in filio ff. de decurionibus. Tertio per textum in l. 2. vers. filii etiam, Cod. de liberis, & eorum liberis, ubi habetur, quod ex causa ingratitudinis commissae contra patronum liberatus est deductus in servitutem, filii ejus postea nati efficiuntur servi; secus tamen si nascantur antequam sit deductus in servitutem, quia remanent liberi. Quarto per textum in l. si senator, C. de dignitatibus, ubi disponitur, quod si filius natus, conceptus ante dignitatem patris non gaudet ejus privilegio, sed tantum postea nati, & ibi notat & commendat Bartol. Platea, & communiter Doctores. Quintò per textum in leg. filii, vers. senatores, l. 1. ff. ad municipales, ubi dicitur, quod ita demum filii, & nepotes senatorum gaudent privilegio, & dignitate parentum, quando sunt nati, vel concepti post dignitatem adeptam, non vero ante, & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. Alber. & communiter Doctores. Sextò per textum in l. sitam, ff. de senatoribus, ubi habetur quod delictum senatoris non tollit beneficium dignitatis filio ante natis quæsitum. Septimò per textum in cap. non imputatur, 1. g. 4. Cujus verba sunt: Non imputatur filio peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur. Octavo & finaliter confirmatur ratione, quia filii vel nepotes nati post crimen commissum dicuntur nati ex sanguine resecto, & reprobatò, & idèo puniuntur tanquam criminis quodammodo participes, & paterne audaciae successores, in quibus paterni criminis exempla timentur, & istam rationem probat textus in l. quisquis, §. filii vero, Cod. ad l. Jul. majest. & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Cyn. in l. quisquis, C. ad leg. Jul. majest. 2. col. & 2. quæst. & ibi Faber 1. col. in medio, Angel. de Perus. 1. col. n. 3. idem Cyn. Jac. Alber. & Angel. in l. Divo Marco, C. de qual. post Gloss. ibi Joan. de Anania in cap. vergeris, de hereticis, pen. col. Calder. in cons. 3. super rubrica, de hereticis, Dominicus in c. 2. §. hereticis, de hereticis, lib. 6. & idem videtur probare lex 6. tit. 2. 7. part. & lex 4. tit. 1. lib. 4. ordinam. & tenet Doctores. Oroscio regius Auditor in l. nec enim ff. de senatoribus. Sed his non obstantibus contrarium videtur de jure verius, imò quod talis poena inhabilitationis filiorum transeat ad filios nepotes, modò sint nati post commissum delictum parentis, modò ante. Primò quia text. in d. l. quisquis, §. filii vero, C. ad leg. Jul. majest. quæ inducit hanc poenam privationis, inhabilitationis, loquitur indistinctè & generaliter, ergo sic debet intelligi. Secundò etiam per textum in cap. statutum, C. de hereticis.

Ratio 1.
Ratio 2.
Ratio 3.
Ratio 4.
Ratio 5.
Ratio 6.
Ratio 7.
Ratio 8.
Argumentum contrarium.

et 2. vers. hoc sane, de heretic. l. 6. ubi dicitur & genericè imponitur ista poena inhabilitati- nis filiorum. Tertiò per textum notabilem bene ponderatum, in l. finali, vers. final. C. de bonis pro- scriptorum, ubi dicit, quod in crimine læsæ ma- jestatis poena privationis, & inhabilitatiõnis tran- sit ad suos posteros, & descendentes, & tamen illa lex supra loquitur in filiis natis ante delictum commissum, vel post, ergo eodem modo in nostro casu, & articulo idem dicendum est. Quarto, & finaliter facit, quia in materia majoratus, digni- tatis transferendæ in filium majorem primoge- nitum, filius natus antequam pater, vel ascen- dens sit Rex, Dux, Comes, Marchio, vel obti- neat, & consequatur majoratum, succedit, & præfertur alteri filio nato post dignitatem ma- joratus adeptam, ut dixi, & probavi in leg. qua- dragesima, n. legibus T. u. i. 13. questione, num. 67, & in terminis istam sententiam tenet Petrus de Bellapertic. in d. l. i. quisquis, C. ad leg. Julianam majestatis, & ibi Salycet. secunda columna, num. 6. Jeanes de Plat. in §. publica autem, Institut. de publico. iudic. secunda columna versicul. item habet locum, tenet etiam Claudius in l. si quis id quod ff. de iud. omni. iudic. 2. col. Palac. Rub. in tractat. de iustitia & iure & regni Navarra in §. parage. Alfohus de Castro lummæ autori- tatis & Evangelicæ doctrinæ prædicator, in lib. 2. de iustâ punitione hereticorum cap. 26, idem in libro 1. de potestate legis penalis cap. 6, Covarruvias in libro 2. variarum resolutionum cap. 3. numero 3. versic. quod de filiis hereticorum, & ante eos Glossa ordinaria in capitul. si cui, cum militibus, 6. questione prima. Licet Palat. Rub. relinquat cogitandum in sua repet. cap. per vestras, de donation. inter virum & uxorem, §. vigesimo tercio, f. l. 59. prima col. dicendo, quod passus est valde dubitabilis, & periculosus. Sed in hoc subtili, & difficili articulo ego in puncto juris teneo istam se- cundam opinionem, quod poena inhabilitati- onis filiorum transeat ad filios, vel nepotes, modò sint nati post delictum commissum, modò ante: nec obstant prima iura in contrarium adducta, quia debent intelligi, quando privi- legium & prerogativa transeat ad filios respectu dignitatis, quia illa cessante cessat privilegium: in nostro verò casu poena privationis transit propter culpam, & delictum parentum, & ideo ista poena respicit omnes, & ita probat lex 4. tit. 1. lib. 4. ordinam. Sed certè de iure regio prima opinio est tenenda & servanda, & ab ea non est recedendum in iudicando, & consu- lendo, & ita probat & disponit lex 6. tit. 7. 2. part. licet in exèplo sit corrupta, & lex 3. tit. 9. l. 4. ord.

* Et adde, quòd certè ista secunda opinio superius lata scilicet quòd extendatur ad omnes filios natos ante delictum commissum, vel post, est vera & communis, & melius probatur iure: & illam tenendo posset responderi ad leges regias contrarias, quòd loquuntur in casibus particularibus, ut per eas videre poteris, & ita posset teneri in secunda impressione, & esset providendum per novam legem regiam; & pro hac sententia & conclusione facit, quia fortè intentio & propositum fuit in ipso delinquente longè retrò ante natiuitatem & conceptionem; licet postea intervenit ipsum factum & delictum. Item facit, quia sicut dignitas & privilegium patris extenditur ad filios, etiam ante dignitatem conceptos, ergo finaliter poena &

Restituta est in ex- cussione salmanticensi.

ignominia quando dignitas & privilegium pro- venit per successiõnem, & non per electionem ut dixi & probavi in leg. 40. in l. Tauri n. 66. & 67. & istud est invincibile fundamentum. * Item postremò & finaliter adde, quòd in hoc crimine statim ac quis illud committit, per- dit bonorum suorum administrationem, licet non desinat esse dominus, text. est in leg. ex iudi- ciorum, ff. de accusat. Cuius verba sunt: Ex quo quis aliquod ex his causis crimini commisit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere posse text. in leg. quæsitum ff. qui & à quib. text. in leg. dona- tionis in concubinas, §. fin. de donat. textus in leg. fin. Cod. ad leg. Jul. majest. tradit plenè & magil- traliter Bartol. in leg. post contractum, ff. de donat. 1. colum. num. 12. & ibi communiter Doctores: hodie tamen in nostro regno nedum perdit ad- ministrationem bonorum, sed etiam dominium, & bona confiscantur ipso iure, & dominium transit in fiscum à die commissi criminis: ita expresse disponit lex 4. titul. 2. 7. part. Ex quo deducitur & inferitur, quòd omnia quæ sunt disposita in crimine læsæ majestatis divinæ, ha- bent etiam locum in hoc crimine læsæ majestatis humanæ. Ex quo etiam subdeducitur, & refer- tur, quòd in his criminibus post sententiam, & condemnationem confiscabuntur etiam bona al- lienata, & repetet, & vindicabit fiscus à possesso- ribus, de quo articulo dixi suo loco.

Item adde, quòd post mortem delinquentis potest cognosci de illo crimine, in memoria ejus damnetur, & bona publicentur, de quo etiam dixi suo loco.

Idem adde, quòd in foro conscientie tenetur de- linquens bona restituere fisco, etiam ante sententiam, & condemnationem, ut dixi & probavi su- præ in delicto criminis majestatis divinæ, ubi vide.

ANNOTATIONES.

ETibi committitur Doctores] Affirmavit eam receptam communiter latè superius isto tractatu c. 1. n. 80. in fin. quod etiam offendunt Hipp. in l. 1. n. 65. Cod. de rap. virg. & copiosè Didac. à Covarr. in tractat. de sponsal. c. 6. §. 7. Contrarium tamen tenet Anania.] Hæc certè opinio longè verior, humaniorque est, ut & in recept. sententiar. istasur. in verb. majestatis, n. 7. jam dudum censui, nec argumenta è nostro Gomezio adducta alicujus momen- ti, si diligentius considerentur. Dubium tamen necessarium est.] Videto hac questione Guid. Pape decis. 344. Roland. cons. 88. n. 1. lib. 2. Jul. Clar. in pract. læsæ majestatis, vers. dubium est: ubi mul- tos consulendos laudat, videbis etiam dictum Julium ad quaestiones sublequentes.

ADDITIONES.

CAPUT II.

De crimine læsæ majestatis.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referunt materiam explicantes.
- 2 De poena in crimine læsæ Majestatis divinæ. Quid in heretice pœnitentie, seu conversi, & remanente Ecclesia?
- 3 Alienatio bonorum committitur hoc crimen an sit ipso iure nulla?
- 4 An in casu dicta poena transferatur possessio si-

- ne apprehensione.
- De prescriptione contra fiscum.
- An sicut tenetur fore lacioni facta à reo læsæ Majestatis?
- 5 An, & quando filii, vel descendentes efficiantur inhabiles ad Dignitates, & Officia?
- An sint irregulariter, & nobilitate amittant?
- 6 Poena ipso iure imposta an debeat in foro conscientie?
- 7 Quando committatur crimen læsæ Majestatis humana?
- 8 Eripiens aliquem de carcere, an committat hoc crimen?
- 9 Sciens crimem esse committendum contra Prin- cipem, & non revelans, an committat cri- men læsæ Majestatis?
- De scientie, & non revelante aliud quolibet delictum?
- An, & quando tenetur al quis alium desin- dere si offendatur?
- 10 Sciens delictum committendum, an in conscien- tia tenetur revelare?
- 11 An hoc crimen committatur contra Dominos inferiores?
- Non subditus non committit hoc crimen.
- 12 De poena confiscationis?
- De poena eversionis domus?
- 13 An hoc delictum ducit post mortem?
- 14 Filii committentium hoc crimen, an, & quomo- do puniantur?
- An possint acquirere ex contractu?
- Filii hereticorum quomodo sint insuccessibiles?
- 15 Filio excludo a successione an hereditas appli- cetur venientibus ex testamento, vel ab in- testato, seu fisco?
- 16 Prædicta poena an extendatur ad nepotes, & est comprehendat?
- 17 An dicta poena habeat locum in filiis natis ante delictum commissum?
- 18 Remus læsæ Majestatis amittit bonorum admini- strationem.

DE hac materia, & hujus sceleris atrocitate agunt præter ordinarios, Clarus receptum: §. læsæ Majestatis. Decianus tract. crimin. lib. 7. ex cap. 1. Bossius in practica, in titulo de crimine læsæ Majestatis; Gigas eodem tractatu, Morla in empirio, titul. 11. num. 73. ubi quòd testes inhabiles admittuntur, in hoc crimine, Tufchus littera M. conclusione 6. & sequenti. us- que ad 14. Petrus Gregorius in hymagm. lib. 33. & 35. latissimè Fachinuz lib. 9. controversiarum c. 32. & multis sequentibus, Baëza de debitor. cap. 16. num. 16. qui alios plures referunt, Parla- dorus, tom. 3. differencia 107. & 108. Gratianus reg. 406. ubi quòd resistens Judici incurrit poenam læsæ majestatis, de quo etiam alter Gra- tianus disceptationum, cap. 54. ubi declarat: Gre- gorius in leg. 6. tit. 14. partia 2. & leg. 7. ti- tul. 8. partia 3. gloss. 4. Cartera de questionibus tangentibus punitionem delicti. cap. 2. & latissimè Farinacius in practi. questione 112. & sequenti- bus, & consilio 79. Covarruvias, lib. 2. varia- rum, cap. 8. & cap. 9. num. 4. Menochius de ar- bitrar. casu 300. & 360. ubi de conatu in hoc delicto; Bernardus Diaz in practica, cap. 118. & 119. Richardus in §. interdum, Institut. de hæ- reditatibus qua ab intestato ex num. 6. & in §. pu- blica autem, Institut. de publicis iudiciis, & in ma- nудuctionibus, 3. parte, §. 4. ex num. 75. ubi alios plures refert, & latè Narbona in concordia fami-

liarium Sancte Inquisitionis, glossa 7. Azvedus, & ceteri in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilationis, Al- varado de conjecturata mente defuncti, l. 2. c. 3. ex num. 22. ubi de majoratu in hoc delicto, Ce- nedus de confiscatione agens, in questione 16. per totam, & in Collectan. 103. Thom Sanchez in summa, l. 2. quasi per totum, maxime ex c. 9. Barbosa plures referens in Colleclanea cap. 10. de hereticis, & per totum titulum, & Farinacius in simili tract. de heret. & D Larrea allegatione ff. 65 & 66. ubi de conspiratione contra Principem, late. Ad numerum 1. ibi: In crimine læsæ Majesta- tis divinæ, &c.

Committens crimem læsæ majestatis divinæ est excommunicatus ipso iure, & etiam ipso iure ejus bona confiscantur, & applicantur Camera Apostolica in terris Ecclesiæ & fisco seculari in terris Imperii ita resolvit Gomezius, & docent Clarus §. heretici, num. 23. Covarruvias in regu- la, peccatorum 2. parte, in initio, num. 7. Simanc. de Carbalicis Institut. tit. 42. ex numer. 3. Az- vedus leg. 1. tit. 3. l. 8. Recop. num. 15. San- chez in summa, lib. 2. cap. 8. & alii plures apud Barbosa in Colleclanea ca. 13. de hereticis, Far- rinacius de heretici, quest. 19. ubi de excommuni- cationis poena contra hereticos: & de confisca- tione similiter idem docent Menochius de ven- peranda poss. remedio 1. num. 308. & de ari- raris, casu 374. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 166. Surdus de almeis, tit. 8. privi- legio 35. & tit. 9. questione 31. Barbosa in leg. 1. ff. solum matrimonio, 4. parte, ex num. 82. Castillo lib. 6. controversiarum, cap. 137. r. 51. Amaya l. 1. Cod. de iure fisci, num. 58. iterum Farinacius de heresi, questione 190. ubi latissimè ampliat, & limitat, Thomas Sanchez in summa, l. 2. c. 14. & sequentibus, omninò videndus, Tufchus in M. con- clusione 12. & alii plures relati à Barbosa in Colleclanea cap. 10. de hereticis, ubi sex amplia- tiones congerit, & octo limitationes plurimos Doct. pro qualibet earum referens; apud quos, maxime apud Farinacium, & Sanchez omnes difficultates in hac poena confiscationis occurren- tes invenies, & vide infra, num. 3. ubi alia, & an confiscatio comprehendat bona futura? & an hereticus occultus incurrat excommunicatio- nem? præter supra relatos disputat Cevallos qua- sione 698.

Quid verò dicendum sit in heretico converso, & pœnitente, an recuperat bona confiscata; dis- putat latè Farinacius de heresi, quest. 190. ex n. 131. usque ad 153. & Barbosa in Colleclanea c. 10. de hereticis, n. 14. Sanchez in summa, l. 2. c. 14. n. 12. & c. 27. ex n. 21. iterum Farinacius quest. 193. ex n. 65.

Ad num. 2. ibi: Secundo inferitur quòd à tempore commissi criminis, &c.

Ipsò iure nullam esse alienationem factam à committente hoc crimem, & fiscum posse bona alienata vindicare, etiam pretio non soluto præ- ter id quod in utilitatem condemnati versum est, resolvit Gomezius: & docent latissimè Gi- gas, in hoc tractatu, lib. 2. vubrica de poenis com- mittentium crimem læsæ Majestatis, quest. 24. ex num. 1. & latè Decianus tractatum criminalium lib. 7. cap. 40. numer. 6. Gutierrez in Canonici 3. lib. 2. cap. 5. num. 76. Hermosilla l. 2. tit. 4. part. 5. gloss. 1. ex num. 13. & gloss. 6. Gratianus discepta- tionum, cap. 54. ex numer. 16. ubi de larat quòd poterit fieri alienatio ex causa necessaria, veluti pro solvendis creditoribus, vel pro dotibus, seu ali-

mentis, &c. Azor, *institutionum Moralium* 1. parte. lib. 8. cap. 12. *questione* 1. & plurimos referens, Barbofa in *Colleanea* cap. 10. de hereticis, numer. 3. & per totum, Fachineus *controversiarum*, lib. 9. cap. 35. ubi fundamenta hujus opinionis refert, licet ipse contra teneat, & latissime Pater Thomas Sanchez in *summa*, lib. 2. cap. 14. ubi etiam probat in hac confiscatione non comprehendendi bona futura, de quo Gratianus *disceptationum*, cap. 309. ac proinde heretico ad fidem redeunte, non esse publicanda bona ex tunc acquisita, sed ea quæ ante hæresim habuit, & quæ ea permanente acquisivit; & numero 15. & sequentibus, latè disputat ipse Sanchez, an jura conditionalia seu sub conditione debita confiscentur; & resolvit, quòd si descendant ex ultima voluntate, veluti hæreditas, legatum, seu fideicommissum, non publicantur, quando conditio extitit post condemnationem, quia in ultimis voluntatibus conditio non retrahitur; si verò jura, & debita conditionalia descendant ex contractu, & si impleatur conditio post condemnationem, pertinent ad fiscum virtute retroactionis; & ex num. 3. latissime discutit, an hæreditas delata heretico, nondum ab eo adita, pertineat ad fiscum! & negativè resolvit post longam disputationem, sub distinctione, & declaratione per eum videnda; & cap. 22. eodem lib. 2. resolvit cum plurimis contra alios minimè teneri hereticum, seu alium cujus bona confiscantur ipso jure, ea restituere fisco ante Judicis sententiam, & tunc sufficere non facere resistentiam, non tamen teneri offerre: latissime etiam Farinacius in *praxi*, *questione* 116. ex num. 42. maxime num. 59. & seqq. & *quest.* 164. num. 44. & seqq. & in *tract. de hæresi*, *quest.* 190. ex num. 1. ubi ferè infinitos refert ampliat, & limitat, & declarat, quem omninò videas; & num. 68. & sequens. & novissime D. Franciscum de Amaya in l. 1. *Cod. de jure fisci*, ex num. 57. ubi alio modo hanc resolutionem declarat.

4. Ad num. 3. ibi: *Unum tamen est, &c.*

Quòd licet in fiscum transferatur ipso jure dominium (de quo infra num. 12.) non tamen transferat possessio ante apprehensionem, ut hic resolvitur, docent Gutierrez §. sui, num. 68. quem videas ibi: & in cap. 5. lib. 2. *Canonicarum*, n. 67. Canera in *rubr. de hereticis*, & c. 1. n. 16. Amaya l. 1. *C. de jure fisci*, lib. 10. num. 58. & Farinacius in *praxi* *quest.* 25. n. 13. & seq. & in *tract. de hæresi*, *quest.* 190. num. 85. & *quest.* 116. num. 18. ubi de modo capiendi possessionem.

Et de præscriptione in hoc casu quando alius possessor bone fidei dicta bona possedit tempore legitimo, vide Thomam Sanchez in *summa*, lib. 2. cap. 22. ex num. 36. ubi etiam num. 53. agit, an fiscus teneatur fære locationi factæ per reum? & distinguit inter confiscationem seu publicationem alioquin rei particularis, & confiscationem universalem, ut primo casu non teneatur fære locationi, secus in secundo.

5. Ad num. 4. ibi: *Item etiam pro isto delicto est parva, &c.*

Quòd filii hereticorum usque ad secundam generationem per lineam paternam, & usque ad primam per lineam maternam, efficiantur inhabiles ad dignitates, & officia spiritalia, & temporalia, ut hic resolvitur, docent, & explicant latissime Molina de *justit.* tom. 3. *disp.* 63. §. num. 19. Azor *in institutionum Moralium* tom. 1. lib. 8. c. 13. post *quest.* 8. in *parva*, §. hereticorum, Clarus in §.

læsa majestatis, num. 19. Simanc, de *Catholicis institutionibus*, tit. 29. n. 15. Menochius de *recuperranda poss. remed.* l. ex n. 311. ubi quòd hereticus ipso jure amittit beneficia. Parlad. *differentia* 108. n. 4. Declanus *tractatum criminalium* lib. 5. c. 20. n. 4. & c. 45. n. 4. Thomas Sanchez latè in *summa*, lib. 2. c. 27. ubi etiam n. 1. probat, hanc penam locum habere in filiis quomodocumque illegitimis; & num. 9. & seq. latissime disputat, an filius conceptus ante crimen læsæ Majestatis divina, vel humana; incurrat prædictam penam? & negativè resolvit; & num. 2. & seq. agit de filio heretici reincorporati Ecclesie seu reconciliati; & in cap. 38. latissime materiam persequitur, ex num. 18. ubi de beneficiis antea habitis, vel postea acquirendis; & num. 36. probat ex multis idem dicendum in pensione, ac in beneficio; latissime etiam Farinacius in *praxi*, *quest.* 136. ex num. 86. ubi pariter de filiis naturalibus, & spuris idem dicendum probat; & in *tract. de hæresi*, *quest.* 191. ex num. 44. ubi de beneficiis antea habitis, & postea acquirendis agit, amplians, & limitans Cenedus *quest.* 16. per totum, ubi num. 7. quòd tales filii non possunt ad sacros Ordines promoveri; & num. 8. quòd tales filii non privantur officio, & beneficiis obtentis ante crimen.

Item de irregularitate, & an filii hereticorum fautorum, defensorum, seu receptorum, sint irregulares: videndus est idem Thomas Sanchez, *dicto* c. 28. ex num. 6. ubi affirmativè respondet: Item an nobilitatem amittant, idem Sanchez, c. 29. latè.

Ad num. 5. ibi: *Et magis aliter, & resolvitè dico, &c.*

Quòd in casibus in quibus poena imponitur ipso jure, reus teneatur in conscientia restituere fisco ante condemnationem, resolvit Gomez in *praxi*, & docent plures relati à Tiraquell. in l. §. *inquam*, *verbis*; Reveratur, num. 268. Castro de *lege pœnali*, l. 2. c. 10. & 11. & de *ista hereticorum punitione*, l. 2. cap. 5. & 6. Navarrus in *manuali*, cap. 23. num. 67. & alii apud Barbofam in *Colleanea* cap. 10. de hereticis, num. 4. sed contrariam sententiam, imò non teneri reum bona restituere fisco ante Judicis sententiam, & post eam non teneri offerre, sed tantum non resistere quominus bona ab eo exigantur, & sententia mandetur executioni, quam ipse non teneatur adversus se ipsum exequi probant Simanc, de *Catholicis institutionibus*, tit. 9. ex num. 161. usque ad 251. Molina de *justit.* tom. 1. *disp.* 65. Scaccia, de *commerciis*, §. 1. q. 7. *parte* 2. *ampliatione* 19. num. 139. ubi limitat præterquam si poena veniret applicanda parti, & alias quatuor limitationes adducit, Cancercius 3. *parte*, cap. 11. num. 40. Gutierrez l. 2. *Canonicarum*, cap. 5. ex num. 14. ubi limitat: quem omninò videas usque ad finem capituli, Azor. tom. 1. *instit. mor.* lib. 5. c. 7. *questione* 1. & 3. & l. 8. cap. 12. *questione* 3. Sayrus in *clavi Regis*, lib. 3. cap. 9. num. 30. Leffius de *justit.* lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 64. Martienzo, leg. 1. tit. 2. *gloss.* 5. num. 54. l. 6. tit. 8. *gloss.* 8. num. 8. & l. 5. tit. 11. *gloss.* 1. num. 2. & 3. l. 5. *Recopilationis*, Azevedus l. 1. tit. 3. lib. 8. *Recopilationis*, num. 189. Canera tit. de *quest. omnibus tangentibus punitionem delictorum*, c. 1. numer. 16. & 17. Barbofa in *dist. Colleanea*, c. 10. de hereticis, numer. 4. & ferè infinitos referens Thomas Sanchez in *summa*, l. 2. c. 22. ex num. 7. cum pluribus sequentibus, ubi optime declarat, & limitat, quem omninò videas; & Farinacium

rinacium in *tractatu de hereticis*, *questione* 190. n. 82. & Cavallos *quest.* 687. & latissime disputant Morlam in *emporio*, tit. 1. *quest.* 9. per totam, ubi n. 34. declarat præter quam si ex parte recipientis non sit poena, sed damni illati satisfactio, tunc enim ante Judicis sententiam obligat restitutio, vide etiam novissime Carlevalium de *judicis*, tom. 2. tit. 2. *disp.* 1. n. 18. & num. 39. & sequentibus, & Amayam l. 1. *Cod. de jure fisci*, num. 61. & vide infra, cap. 24. num. 4.

7. Ad numerum 6. ibi: *In quo articulo resolutivè dico, &c.*

Quòd crimen læsæ majestatis humana committitur, quando quis offendit Imperatorem, vel Regem, non recognoscens Superiorem, vel Republicam Romanam, vel aliam Superiorem non recognoscens, vel eos qui sunt de consilio Principis, ut hic resolvitur, docent Gigas, in *tractatu de crimine læsæ Majestatis*, lib. 1. *rubrica*, *quod duplex sit læsæ Majestatis*, num. 6. & 7. & in *rubrica*, *qualiter & à quibus crimen læsæ Majestatis*, &c. *quest.* 13. num. 1. & sequens. Boffius in *titul. de crimine læsæ Majestatis*, sub num. 5. & 6. & seqq. Clarus in §. *læsa Majestatis*, ex num. 2. Declanus *tract. criminalis*, l. 7. cap. 2. & seqq. Talschus *litera M. conclusione* 8. Petrus Gregorius in *Synagmat.* lib. 35. cap. 3. & seqq. Fachineus l. 9. *controversiarum*, cap. 32. ubi de offendentem Principem inferiorem (de quo etiam Farinacius *infra*, num. 276.) & latissime Farinacius in *praxi*, q. 112. ex numero 15. usque ad 220. ubi sexdecim casus cumulat, in quibus hoc crimen committitur, plures ampliationes, & limitationes ad eos congerens, Azevedus in l. 1. *titul.* 18. l. 8. *Recopil.* & vide *concl. f.* 34. post opera Roderici Smeez) Hermosilla in l. 2. *titul.* 4. *part.* 5. *gloss.* 3. ubi de Consiliariis Principis, de quibus etiam Gratianus *disceptationum*, num. 54. num. 7. & latissime Narbona in *concordia familiar.* *gloss.* 7. per totam.

8. Ad num. 7. ibi: *Quando quis violenter exemit, &c.*

Eripiens de carcere reum læsæ majestatis, post delictum probatum confessione, vel alia legitima probatione, vel dum ad supplicium duceretur, si hoc fiebat per judices Imperatoris vel Regis: secus si alicuius Magnatis, Ducis, seu Marchionis, quod committat crimen læsæ majestatis, ut hic resolvitur, docent Lucas de Penna, in l. *quoties*, num. 1. *Cod. de exactoribus tributorum*, lib. 10. Gigas de *crimine læsæ Majestatis*, lib. 1. in *rubrica*, *qualiter & à quibus crimen læsæ Majestatis*: *quest.* 58. num. 7. Plaza in *epitome delictorum*, cap. 38. num. 7. Azevedus in l. 1. *titul.* 18. lib. 8. *Recopilationis*, ex num. 171. Padilla de *lege pœnali* cap. 55. & plurimos referens, & latè amplians, & limitans, & declarans Farinacius, *quest.* 30. ex num. 101. & *quest.* 32. num. 4. Gratianus *disceptat.* cap. 54. ex num. 1. & optime Narbona in *concordia familiar.* *gloss.* 7. ex num. 58. & num. 72. & seqq.

9. Ad numerum 8. ibi: *Item etiam committitur istud crimen, &c.*

Quòd crimen læsæ majestatis committat qui scit hoc crimen ab alio committendum, & non revelat, ut hic resolvitur, docent Gigas de *crimine læsæ Majestatis*, l. 2. *rubrica*, *qui accusat*, *possess.* *quest.* 20. num. 2. & l. 3. *rubrica*, *final.* *quest.* 2. num. 1. & 4. Menochius de *arbitrariis*, l. 2. *cap.* 155. n. 9. ubi bene declarat, & Farinacium

chinæus l. 9. *controversiarum*, cap. 86. Gratianus *regul.* 120. n. 7. Scaccia de *judicis*, lib. 2. cap. 10. ex n. 25. Plaza in *epitome delictorum*, cap. 22. n. 17. Boffius *tit. de crimine læsæ Majestatis*, n. 47. Clarus in *praxia*, §. *final.* *quest.* 87. *vers. Pœnitentia est*, Aviles in *cap.* 52. *Prætoris*, *verb.* *Incurrat*, & latissime explicans Farinacius q. 51. ex num. 69. & de *hæresi*, *quest.* 197. §. 2. Narbona in *concordia familiarum* *gloss.* 7. numer. 12. quos omninò videas, & Gregorium in l. 33. *tit.* 6. *partit.* 1. ubi quòd obligatio revelandi, intelligitur si possit probari, late Flores de Mena *quest.* 18. *per totam*, & latissime D. Larrea omninò videndus in *suis allegationibus* *issaiibus*, *allegatione* 65. *per totam*, tom. 1. ubi optime explicat, & alios plures refert; & n. 95. cum plurimis adductis à Farinacio *dict.* *quest.* 51. n. 76. docet crimen debere denunciari, quamvis probari non possit; & n. 72. ex pluribus docet ipse Larrea patrem & uxorem debere denunciare filium vel maritum & è contra; vide etiam eum *allegat.* 96. ex n. 8. ubi alia plura.

Ibi: *pro cuius declaratione dico, quod regulariter licet quis sciat, &c.*

Quòd regulariter licet quis sciat delictum committendum in alium, vel sit præsens, & non prohibeat, nec revelet non teneatur aliqua poena, ut hic resolvitur, præterquam in pœne, vel domino sciente delictum committendum à filio, servo, vel familiari, vel si quis sciat delictum committendum contra patrem, vel ascendentes, docent Menochius omninò videndus de *arbitrariis casu* 35. ubi quid de jure Canonico, & in foro conscientie, Gigas de *crimine læsæ Majestatis*, lib. 2. *titul.* *qui accusare possunt*, *quest.* 20. in principio, Bernardus Diaz in *regula* 184. Scaccia de *judicis*, l. 2. cap. 10. ex num. 33. Barbofa in l. *qua datus*, *Digest.* *solus matrimonium*, n. 153. Cartetius in *praxi*, *tract.* 3. de homicidio, §. *Nonò quero*, post num. 9. Plaza in *epitome delictorum*, cap. 22. num. 17. Gratianus in *regul.* 130. ubi quòd delinquentem non tenetur quis indicare pro regula constituit & declarat, & plurimos referens Farinacius in *praxi*, *quest.* 52. ex n. 7. & per totam, & *quest.* 24. ex num. 234. *questione* 125. & 130. & *concl.* 104. & *quest.* 110. ex num. 153. quem omninò videas, & Solum in *tractatu de ratione regendi secretum*, *quest.* 4. & 5. Navarrum in *cap. Inter verba*, 11. *quest.* 3. *concl.* 6. Aviles in c. 52. *Prætor.* *verb.* *Incurrat*, Antonium Gabriel *commun.* l. 7. *tit.* de *criminalibus*, *concl.* 37. num. 2. Mencham *illust.* cap. 16. Gutierrez *Canonicarum*, l. 1. cap. 11. Aviles in *cap. 1. Prætor.* *verb.* *Ni consentientes*, num. 6. Gregorium l. 2. *titul.* 28. *parte* 2. Morlam, in *emporio* *tit.* 2. *questione* 3. num. 43. & sequentibus, Flores de Mena *variatarum*, lib. 1. *quest.* 18. & Barbofam in *Colleanea* cap. *Sicut dignum de homicidio*, ex num. 18. ubi latissime explicat usque ad numerum 30. quòd quis teneatur vel non alium defendere? eum omninò videas, & Gratianum *regul.* 120. per totum, & Farinacium latissime *dict.* *quest.* 51. ex n. 4. qui omnes pro regula constitunt, neminem tenere alium defendere vel obviare delicto de jure civili, secus de jure Canonico, & in foro conscientie: & certe crediderim, non revelantem seu obviantem delicto, vel non defendentem aggressum, cum posset, minori, & extraordinaria poena puniendum, ex allegatis per Barbofam, Gratianum, Flores de Mena, & Farinacium *supra*, & *quest.* 125. ex n. 267. latissime, & Molinam